cōsilijs ait esse leporēz. Nam ambo passi fuerant: quod  
dictum est. id est lessonē. Lepus enim non videndo cum  
currit sepe leditur et capitur. Et homo non consulendo  
nec deliberando quid agat ledit non consequēdo intētū.  
Addit autē quasi cōcludēdo: q̄ vnde dicunt eloquia astey-  
ca quodāmodo oēs metaphore cōcurrunt inquantū qui-  
libz modus metaphore est quodāmodo disciplinatiuus.  
ideo ponit metaphora prouerbiale et assimilationēz. Dixit  
phs dictam esse cām sermonis asteyca: q̄ ad eloquiū tale  
tā puerbiū q̄ assimilatio p̄t p̄ currere. Deinde. c. d.**

**Sūt autē et placide traieciōes metaphore. vt  
puta ad lumē Jpopio. putatū fuit vtiqz ipsuz  
eē moroz calathū. Rubēū enī quid Jpopiū.**

**Determinat de trāsumptione: et tria facit: quia p̄mo fa-  
cit quod dictū est. Scdo ostendit qualiter sit loquēdū: cūz  
trāsumptio est multuz remota. Tertio manifestat quō  
circa tales trāsumptiones contingit loqui ostendendo  
aliquas trāsumptiones esse pueriles. Scda ibi. (S; qd  
multū.) Tertia ibi. (Sunt autē hyperbole.) Dicit ergo: q̄  
placide traiectiones. i. modeste trāsumptiones: vt habz  
alia littera: metaphore sunt dicendę: vt puta: ad lumen  
Jpopio. i. illum homines putatū fuisse esse calathū moroz**

rum. Nā quia ille Jpopius erat quid rubicundū: per quā-  
dam trāsumptionē vocabat calathus moroz: moroz enīz  
sunt fructus rubicundi. Deinde cum dicit.

**Sed q̄ multū valde. hoc autē vt hoc: et hoc  
hyperbole locutione differēs: sicut Phylamō  
subiugo pugnās cū Lorico. Putares at vtiqz  
ipz Phylamōa esse pugnātē cū Lorico: sicut  
ferra apij: siue plagatas tybias gerere: putaue-  
rit autē nō tybias: sed ferra apij hre sic plagata.**

**Ostendit qualiter agendū sit: cum trāsumptio est mul-  
tum differens: qz tunc ppter nimīā distantā non est ody  
hoc esse hoc. sed hoc esse vt hoc: vt quasi hoc. ideo ait: q̄ si  
hyperbole. id est trāsumptio sit valde multum locutiōe  
differens: dicendū est q̄ hoc est vt hoc et hoc: qz si dicere-  
mus: vt dixit ille: q̄ Phylamō erat pugnās subiugo cum  
Lorico. Putares autē vtiqz ipsum Phylamona pugnātē  
esse cū Lorico. De aliquo ergo dato q̄ bene pugnet: nō est  
dicendū q̄ sit Phylamon pugnās cum Lorico. sed est vt  
Phylamō sic pugnās. Sic etiā: qz quidā dicēs de quodaz  
allo: cū deberet dicerē. Crura sūt apij: siue q̄ haberet plaga-  
tas: et crispas tybias admodū apij: qz hoc nō dixit: sed sim-  
pliciter protulit eū hre ferra. i. coronas apij nō putauerūt  
aliqui eū habere ferra: vel loqui de tybys eius: sed putaue-  
runt eum habere ferra apij sic plagata. id est sic ligata.**

**Sunt autē hyperbole pueriles. nimietatē enī  
significāt: pp qd irati dicūt maxie. Neqz si mi-  
bi tātā dederis arena quātus est i mari puluis  
puellā nō traduco Agamenōis attride: neqz si  
auree Veneris pulchritudinē equaueris: ope-  
ram Palladis. Trunf autē maxime hoc attriti  
rhetores: ppterea q̄ se indicere indecens.**

**Ostendit q̄ circa trāsumptiones opz p̄curare: qz aliq̄  
hyperbole: et aliq̄ trāsumptiones sunt pueriles: qz signi-  
ficant nimietatē. vnde irati maxime vtunf talibus trā-  
sumptionibus: sicut quidā iratus dixit. Ego nō traducerē  
neqz despōsare puellā Agamenonis Attridē. i. filiā illi ho-  
minis. si dederis mihi tanta in auro et argento: quanta est  
arena: et quātus est puluis in mari. Nec etiā eā despōsare  
si equares pulchritudinē eius pulchritudini auree Vene-  
ris. id est illius deę. Neqz hoc facerē: si opera illius puellę  
essent opera Palladis. id est illius deę. Addit autē q̄ rbe-  
tores quādo sunt attriti. i. q̄ per attritiōē et vexationem  
sunt ad iram ducti: maxime vtunf talibus trāsumptioni-  
bus. Et hoc ppterea indecens est se indicere. i. se enuncia-  
re. id est appellare: quia cum se appellant: se victos asserūt  
Magis enīz volunt rhetores recurrere ad trāsumptiōes  
pueriles: et defendere se cum puerilibus eloquijs q̄ appel-  
lare se: et vocare se victos.**



**Portet autē nō lateres: q̄ vnicuiqz  
generi alia cōgruit elocutio. Non  
enim eadem scripturalis: et agonis-  
tica: neqz concionalis et iudicia-  
lis. Ambo autē necesse: hoc quidē  
enim eliminare. hoc autē non cogi-**

**conticere siquid velint tradere alijs. Qui qui-  
dem patiuntur: qui nesciunt scribere.**

**Postqz phs egit de illo genere orationū: qd dicitur scri-  
ptum: in parte ista determinat de eo genere: qd nominat  
agonisticū. Et duo facit: quia primo distinguit agonisticū  
Egi. sup. Rbeto. Aristo. 0 3**

## Rhetori.

a scripto. Scdo determinat de colorib<sup>9</sup>: siue de ipsis decet<sup>9</sup> tus agonisticis. id est ostendit: que reddunt oratione agonisticam decente & coloratam. Scda ibi. (Necessse autē trāsmutare.) Oratio autē agonistica & scripturalis quadrupliciter potest considerari. Primo s<sup>m</sup> se. Scdo prout cōparatur ad negocia politica. Tertio put cōparatur ad vsus & exercitiū. Quarto put referē ad ornatus & decetias. Jō circa p<sup>m</sup>ū facit quatuor s<sup>m</sup> q<sup>9</sup> quadrupliciter distinguit illa genera orationū ad se invicē. Primo enī ostendit agonisticū differre a scripturali quātū ad negocia politica: qz ad aliud negociū est adaptabile vnū: & ad aliud est adaptabile aliud. Scdo ostendit ea differre s<sup>m</sup> se. Tertio quātū ad vsū & exercitiū: qz aliqui sunt exercitati in scripturali: qui sunt ydiote in agonistico. Quarto quātū ad ornatus: & decetias: qz aliqua reddunt ornata & decetē locutione agonistica: que scripturalē reddūt abusiua. Secūda ibi. (Est autē elocutio.) Tertia ibi. (Et pparati.) Quarta ibi. (Et sepe idem.) Dicit ergo p<sup>m</sup>o: q<sup>9</sup> non opz latere: q<sup>9</sup> vnicuiqz generi. i. vnicuiqz negotio politico: vel vnicuiqz generi negotioz politicorū congruit alia & alia locutio. Nō. n. est eadē locutio scripturalis & agonistica: nec est idē negociū politicū & concionale: & iudiciale: & qz agonisticū magis est adaptabile concionali: vbi magis sit inquisitio s<sup>m</sup> apparētia: & scriptū est magis adaptabile iudiciali: qz ibi tractant magis negocia s<sup>z</sup> veritatē. Differūt ergo scriptum & agonisticū vt comparant ad negocia politica. Et quia si vtrūqz adaptari potest cuiuslibz negotio politico: tū vnū est magis adaptabile aly. Addit autē: q<sup>9</sup> opz scire ambo tā agonisticū q<sup>9</sup> scriptū: vel tā concionale q<sup>9</sup> iudiciale. Jdez subdit: q<sup>9</sup> hoc. id est iudiciale est scire bene elinicare id est scire bene applaudere: & persuadere: vel vt habz alia littera. i. scire decetē probationē adducere. Hoc aut. i. concionale est non cogi p<sup>9</sup>tcere. i. conticescere & obmutescere. Et si aliqd velit aly tradere: qd quidē qui nesciunt scribere patiuntur a scientibus scribere. Nā qui nesciunt scribere: qui ignorant orthographias obmutescunt coram scientibus illas. (Deinde cum dicit.

**Est autē elocutio scripturalis quidez: q<sup>9</sup> diligētissima ē agonistica: aut q<sup>9</sup> maxie hypocritica.**

**Dat differentia inter agonisticū & scriptum prout considerant s<sup>m</sup> se. Et duo facit: qz p<sup>m</sup>o facit qd dictū est. Secundo diuidit agonisticum. Scda ibi. (Vnius autē due.) Dicit ergo: q<sup>9</sup> scripturalis elocutio differt ab agonistica: qz est diligentissima: cōsiderat enim sic. Nāz bec potissime considerat apparentia: & hypocresim. est enim maxima hypocrita: vel hypocritica. (Deinde cum dicit.**

**Vnius autē due spēs: bec quidē enī moralis. bec autē passionis illatina: ppter qd & hypocrite talia operū persequuntur: & poete tales adducunt. Aut luctiui velut Lbaremō: diligens enim sicut Legogrates & Licimus de numero dictamina facientium.**

**Diuidit agonisticū in duas partes dicēs: q<sup>9</sup> huius. scz negocy agonisticū: due sunt spēs. Una est moralis. nā per gestus & hypocresim simulat se aliquis bonorū morūz. Alia spēs dicitur passionis: qd per gestus: & per simulationes: vt plurimū reddunt auditores passionati. Et inde est q<sup>9</sup> hypocrite: qui maxime inuitunt gestibus: prosequuntur talia opera: qz ostendūt se bonorū morūz: & per suā hypocresim reddūt auditores passioatos. Et poete etiā sunt tales: quia & ipsi inuitunt gestibus: & representationibus. id autē: q<sup>9</sup> poete adducunt. i. adducunt tāq<sup>9</sup> luctiui. i. tanq<sup>9</sup> luctatiui: siue tāq<sup>9</sup> agonisticū: vt hz alia lra vt vt Lbaremō: siue le**

## Liber

gogrates: qui fuit diligens agonisticus: & Licimus: qui fuit de numero facientium dictamina & facientibus illa genera versuū agonistica. Prædicti enim poete fuerunt: & inebant eloquio hypocritico: & agonistico (Deinde cum dicit.

**Et comparati qui qdēz scripturarū industriū videtur. Qui autēz locorū nō ditorum instructi ydiote tales in manibus.**

**Ponit tertiā differentia: & duo facit: qz p<sup>m</sup>o facit qd dictum est. Scdo dat causas dicti. ibi. (Causa autē.) Dicit g<sup>9</sup>: q<sup>9</sup> tertia d<sup>9</sup>ia est inter agonisticū & scriptū quātū ad vsus & exercitiū: alq<sup>9</sup> enī exercitati in vno sunt idioe in alio. ideo autē: q<sup>9</sup> illi qui sunt operati: & experti: & qui vident idū stry scripturarū: isti sunt: qui nō sunt instructi dictorū locorum: sed tales sunt ydiote in manibus: & in gestibus: & presentationibus. (Deinde cum dicit.**

**Causa autē quia in agone cōgruit: ppter qd & hypocritica remote hypocresis si faciētia suū opus: vident frivola: velut que inconiuncta.**

**Dat cām dicēs: q<sup>9</sup> causa huius est: qz in agōe pgruit supple: qd in scripto non cōgruit. ppter qd hypocritica. Et eloquia si sint. i. remota hypocresis: non sūt faciētia suū opus id est sunt frustra: & non persuadētia: vident enim frivola. Et huius sunt eloquia incōiuncta: que ppter gestus videntur pulchra: & persuadent: & si proferent ab his: qui nesciūt facere boatus. i. gestus frivola apparebunt. (Deinde. c. d.**

**Et sepe idem dicere in scripturali recte probatur. In demonstratiua autē & rhetores dicitur: sunt enim hypocritica.**

**Dat quartā differentia sumptā penes ornātū. alius enim ornatum: & aliam decetia requirit agonisticū q<sup>9</sup> scriptū. Nam sepe idem dicere est recte & iuste. Probat in negotio scripturarū s<sup>m</sup> locutionē representationū rhetores vtrū tur: qz idem iterant sepe. Et hoc faciendo eorum eloquia sunt hypocritica. (Deinde cum dicit.**

**Necessse autem transmutare idem dictis: qd quidē quasi viam facit ei: qd est hypocresis fieri. Iste est: qui depredatus est nos. Iste est: q<sup>9</sup> seduxit nos. Iste ē: q<sup>9</sup> tadē pdere conatus fuit nos: velut & Philemō hypocritic<sup>9</sup> faciebat. Vigerontemonea Anaxadrieli: quos dixit in Rhadamātē & Palamedes: & in prologo euseborū ipsum. Si enim aliquis talia non hypocritatierit: fit trabem portans.**

**Postq<sup>9</sup> dedit differentia inter scriptū: & agonisticū ostēdit quō ornatus: & que decetie requirunt ad agonisticum eloquūz. Et duo facit s<sup>m</sup> q<sup>9</sup> tales duas decetias docet. Secūda ibi. (Et inconiuncta.) Dicit ergo: q<sup>9</sup> si volumus elocutionē agonisticā facere decentem. necesse est idēz repetere pluries transmutādo & vertendo ipsum: qz hoc faciendū viā: vt fiat hypocresis. i. vt fiat locutio apparens: vt si dicere. iste depdatus est nos: iste seduxit nos. Iste ē qui tandē conatus est prodere nos. in omnibus enim his quasi idē repetit: sed sub alijs verbis. Et addit q<sup>9</sup> sic faciebat Phylemon hypocriticus vigerontemonea. i. illos versus Alexadrinos: quos versus. i. illos versus dicebat & recitabat alterā Athis. i. illis gētibz. Et Palamedes. i. ille poeta tenuit talē modū. Et ego etiā tenui ipsum modū in prologo Euseborū. i. illarū gētiū: qz si in eloquio agonistico aliquis non hypocritatierit: & nō fecerit apparentēz decetie: fit trabē portans. i. reputat debet & grossus. (Dei. rē.**

**Et cōiuncta**

**Et inconiuncta eodem modo venerunt: occurrerunt deprecatus sum.**

**Assignat scđas decentiā: et duo facit: qz primo facit quod dictū est. Scđo qđ dixerat probat. ibi. (Necesse enim hypocrisim.)** Dicit ergo: qz si locutio agonistica fuerit inconiuncta eodem modo: supra videt decens: et ornata: vt si dixerem: inimici venerunt: occurrerūt: ab eis deprecatus sum. Talis enim locutio est cōiuncta: quia a motu sunt inde cōiunctiones: tñ in agonistico eloquio b laudat. **(Dei. rē.)**

**Necesse enim hypocrisim fieri: et non vnus dicentem eodem more et condicere.**

**Probat qđ dixerat: et tria facit s̄m qz tripl̄ hoc probat. Scđa ibi. (Adhuc autē bz propriū.)** Tertia ibi. (Hoc aut vult facere.) Dicit ergo: qz si fiat locutio inconiuncta: necesse est fieri hypocrisim. i. necesse est eā apparere decētē. qz huius eloquiū contingit dicere eodem more. i. tali more: et tali bono qđ non videt vnū dicere. i. locutio inconiuncta quia in pronunciano requirit talē modū: qz videt multa dicere: ideo appet decens et appenter psuadet. **(Dei. rē.)**

**Adhuc habet ppriū aliquid dicere que cōiuncta. Inequalia enī tēpore multa videntur dicta esse. Coniunctio enī vnū facit que multa. Quare si remoueat palā: qz e contrario erit qđ vnū multa: habz igitur incrementū. Veni disputari: ministrari multa: vident ostētarī: quecunqz dixit.**

**Adducit scđam probationē: qz oratio inconiuncta sit hypocrisim. Prima enī probatio sumebat ex tono: et accētū: que requirit locutio inconiuncta. Hoc aut sumitur ex ipsa coniunctione. Ideo ait: qz eloqa inconiuncta rōne ipsius cōiunctionis amate habet aliqd ppriū: et vident persuadere: quia in tēpore: put bz alia littera: videt multa dicta esse. Et est rō: qz cōiunctio coniungit: et multa facit videri vnū. Scđo si remoueat cōiunctio: cōtrario erit: qz vnus videbit multa. Amotio enī cōiunctionis habz incrementū. id est auget orōnē: et facit apparere: qz plura s̄nt dicta. vt in hoc exēplo: veni: ministrari: disputari. Multa enī vident esse dicta: vident enī ostentari. i. ostendī et apparere quecūqz dixit: quasi dicat: qz oia dicta ostendunt et apparent plura pp amotionē cōiunctionis. **(Deinde cū. d.)****

**Hoc autē vult facere et Homerus. Nereus venit de Simia. Nereus splēdidus. Nereus q optimus: de quo enī sepe dictū est. necesse et sepe dicta eē. Sic igitur et sepe et multa vident. Quare augmentauit semel memoratus propter paralogismum: et memoriam fecit: qz posterius ipsius rationem faciens.**

**Ostendit hoc idē per dictū Homeri: qui sepe vtebat b̄ genere locutionis dicens: qz Homerus vult hoc facere: cū dixit. Nereus venit de Simia. i. d̄ p̄b̄ illis. Nereus splēdidus. Nereus qui optimus: de quo sepe dictū ē. Necesse est hoc sepe dictū esse de eo. Et si Nereus sepe notatus ē vident multa dicta eē de eo: quare Nereus s̄m veritates semel ē memoratus: sed augmentauit per paralogismum. Nam sepe ipsius nominās: paralogistice vsus est multa dicere de ipso: cum tamē vnū solum diceret. ideo subdit: qz memoriam fecit de ipso reiterādo nomē eius. Nunq̄ tamē posterius fecit nouā rationē de eo: qz s̄m veritatē vnū solum dixerat: sed ppter modū loquēdi multa dixisse videtur. **(Notandū autē: qz omnes istę p̄bationes ostēdūt****

qz inconiunctio facit ad decētiaz orationis agonistice: qz facit vnū apparere multa.



**Concionalis quidem igitur locutio penitus assimilatur protrature vmbre. Quāto enī maior fuerit populus remotior itell̄s ē. Propter qđ que exquisita superficialia: et deteriora videntur in ambobus:**

**litigantiū autem diligentius.**

**Postq̄ p̄s determinauit de oibus locutionibus cōmunitate: qz in cōi determinauit tā de locutione agonistica qz scripta: in parte ista determinat de locutione sigillatiz circa vnū quodqz genus politicū: et qz negociorū politicorum tria sunt gr̄a. s̄. cōnacionalē: iudicialē: et exclamatiuū. id tria facit: qz p̄mo ostendit: que obseruāda sunt in ipsa: vt cōparatur ad exclamatiuū. Scđa ibi. (Adhuc magi.)** Tertia ibi (Exclamatiua quidē.) Dicit ergo: qz concionalis locutio penitus assimilatur protrature vmbre. Sufficit enī qz talis locutio in superficie habeat aliquā apparentiā. Nō est aut curandū qualis sit in pfundo. Nā ille qui concionalē loquitur populo et multis: quāto populus fuerit maior: tanto intellectus est remotior: ppter qđ in talibus q̄ sunt exquisita: sunt superficialia. Sic etiā in iudicando nō requirit valde subtiliter exquisita: in ambobus enī. sc̄lz in concione: et in iudicio: que sunt valde exquisita: sūt deteriora: tamē negociorū litigantiū diligentius est qz concionale. Tota enim rhetorica circa quedā grossa et materialia versatur. Nihil enim aliud videt esse rhetorica: nisi quedā grossa dialectica: ideo omne negocium: circa quod versat̄ rhetoris: simpl̄ et absolute grossum est. Cōparatiue tamen pōt dici diligēs re<sup>o</sup> concionalis: qđ ē grossius. **(Deinde. c. d.)**

**Et adhuc magis que vni iudici. Ad minimum enim est in rhetoriciis.**

**Specialiter determinat de locutione: vt cōparat ad iudicialē negociū. Et duo facit: qz p̄mo ostendit talē locutionem esse diligentiorē in concionali. Scđo ex hoc cōcludit qz aliqui sunt boni in vno negociio: qui nō sunt boni in alio ibi. (Propter qđ nō id.)** Circa p̄mū tria facit: s̄m qz tripliciter probat propositū. Scđa ibi. (Cōspicabile autem magis.) Tertia ibi. (Et lixa abest.) Dicit ergo: qz adhuc ratione p̄bati pōt iudicialē esse magis exquisitiū qz cōnacionalē: qz in iudicio est iudex vnus: vnus est enī qui causas audit: sed in concionali est iudex totus populus: sed q̄ dicunt vni iudici: debent esse magis exquisita qz que d̄nt multis: cū vulgus cōiter a rōne deficiat: ideo iudicialē eloquiū debz dici exquisitiū concionali: ideo addit: qz cōnacionalē negociū est minimū rhetoriciis. i. minimū habz de p̄suasione exquisita rhetorica. Nam respectu iudicialis concionalis modicū bz de exquisitōne. **(Deinde cū dicit.**

**Cōspicabile autē magis qđ propriū negociū qz alienum.**

**Adducit scđas probationē ad ostendendū iudicialē eē exquisitiū concionali. Nā causa et iudicius est de p̄prio cōcio vero est de cōi: nā negociū concionale potissimū videtur versari circa bona respicientia ciuitatē. Totū iudicialē vero videtur respicere p̄p̄ia bona ciuiam s̄m qz aliqui duo ciues versant̄ sub tertio iudice: et cōmune bonū quasi reputatur alienū respectu boni p̄p̄ij. Inde est ergo qz iudicialē est exquisitiū concionali: quia qđ est propriū est magis cōspicabile: et exquisitiū vō: qđ est alienū: nō est ita cōspicabile: nec ita exquisitiū. **(Deinde cum dicit.****

**Et lixa abest. Quare paruum iudiciū.**

## Rbetori.

**C**onit tertiã raronẽ. Nã in populo vt plurimũ ẽ tumultus: r tria: ideo quẽ p̃ponunt multis: audũnt in maiori tumultu: r in maiori lite q̃ p̃posita vni: ideo in iudiciali sunt proponenda magis exquisita: qz ibi tumultus abest: quare iudiciũ ibi est magis purum. **C**Deinde cũ dicit.

**P**ropter quod non id. imo quidẽ in omnib⁹ bis p̃bant rbetores. Sed vbi plurimũ hypo-cripbeos: his minimũ examinatiõis est. Hoc autem vbi vocis: r maxime vbi magne.

**C**oncludit aliquos esse bonos r probatos in negotio concionali: qui non approbantur in iudiciali: r eõuerso. ideo ait: qz non ydez rbetores comprobant. i. approbant in oib⁹ his negocijs. s. in concionali: vbi plurimũ est inter hypocripbeos. i. vbi plus valent gestus r boatus: sibi minime habet locus exaiatio: r hoc contingit in negotio concionali: vbi voces sunt multe r potissimẽ: siue maxime hoc contingit: si voces sint ibi magne: quia tunc p̃pter tumultus nulla percipit ratio. **C**Deinde cum dicit.

**E**t exclamatiua quidẽ igit̃ elocutio maxime scripturalis: opus enĩ ipsius legere. Secũda autem iudicialis.

**C**eterminat de exclamatiua locutione. Exclamatiua at̃ locutio dupl̃r p̃t. p̃poni populo: scripta. s. r non scripta: cõtingit enĩ aliqñ aliqñ laudare r vituperare aliũ legendo bulus laudes r vituperia: aliqñ hoc contingit absqz lectura. Ideo duo facit: qz p̃mo docet cõditiones: que requiruntur ad locutionẽ exclamatiua scriptã. Scõbo quẽdã documenta generalr respicientia cõez locutionẽ exclamatiua: tã scriptã q̃ nõ scriptã. Scõbo ibi. (Simul at̃ elocutionẽ.) Dicit ergo: qz exclamatiua locutio: r maxime si sit scripturalis: si sit scripta duplex est op⁹ ipsi⁹. p̃mo enĩ ṽz legi. i. ṽz p̃poni p̃plo. Scõbo ṽz iudicari. i. ṽz exponi. **C**Deide. c. d.

**S**imul autem elocutionẽ diuidi qd̃ delectabile esse oportet: r magnificaz superfluũ quidẽ magis q̃ temperatã r liberalem: r si qua alia moralis virtus.

**A**ssignat quãdã cõditiones gñaliter respicientes locutionẽ exclamatiua tã scriptã q̃ nõ scriptã. Et duo facit: qz p̃mo facit qd̃ dictũ est. Scõbo qd̃ dixerat manifestat. ibi. (Delectabile aut̃.) Dicit ergo: qz simul cũ dictis conditionibus: que requirunt ad locutionẽ exclamatiua scriptã sunt alie cõditiones respicientes gñaliter oẽm tales locutiones. Diuidi. i. p̃stari r distinguĩ opz enĩ eam punctatiz r distincte p̃ferre: r est ratio: qz opz talẽ locutionẽ delectabile esse: non autez esset delectabilis: nisi distincte p̃ferat. Alia aut̃ cõditio: que requirit̃ generalr ad talẽ locutionẽ est: qz debz eẽ tẽperata: r liberalis. i. r media nõ magnificã: nec deiecta. Liberale enĩ est mediũ iter prodigũ r auarũ: siue iter magnificũ r deiectũ. Nã magis est superfluũ talẽ locutionẽ esse magnificã q̃ tẽperatã r liberalem: r sicut in tali locutione requirit̃ tẽperamentuz: r superfluit magnificẽtia: ita requirit̃ ibi ois alia virtus. s. ois alia conditio: que est illius virtutis: qd̃ p̃t facere apparere locutionẽ esse moralẽ. Laus vero r vituperiũ: que finalr itendũtur in exclamatiua: ad mores p̃inẽt. Deinde cum dicit.

**D**electabile autem esse facient. videlicz: que dicta sunt. Si quidez recte diffinita est virtus elocutionis.

**M**anifestat que dixerat: r tria facit: qz p̃mo manifestat quõ hz esse locutio delectabilis. Scõbo ostendit quõ habz esse decens: r temperata. Tertio assignat quãdã conditio-

## Liber

nes respiciẽtes vtrãqz. Scõbo ibi. (Cuius enĩ gratia.) Tertio ibi. (Que dicta sunt facient.) Dicit ergo: qz si recte superius circa p̃ncipiũ huius tertij diffinita est virtus elocutionis. ṽz. qz debz eẽ clara r manifesta: ca que dicta sunt. scz punctatio r distinctio: siue diuisio facient locutionẽ eẽ delectabilem. **C**Deinde cum dicit.

**C**uius enĩ grã opz planã r non humilem: sed decentẽ. Si enim nugatio fiat non planã: neqz si breuiata. Sed palã quia mediũ p̃gruit r id quod est esse delectabile.

**O**stendit qd̃ facit locutionẽ esse decentẽ r tẽperatã dicẽs: cui⁹ grã opz locutionẽ esse planã: r nõ magnificã: nec etiã humilẽ. s. deiectã: sed decentẽ. Et ostendit. qz mediũ est id: cuius grã locutio est decẽs. Nã si sit ibi nugatio: r si sit ibi superfluũ: locutio nõ erit plana: sic etiã si erit abbreviata: locutio nõ esset plana: neqz decens. Palã ergo qz mediũ cõgruit. Cõuenit enĩ locutionẽ esse mediã inter superfluũ r abbreviatũ: r si locutio erit medio modo se bñs: erit in ea qd̃ contingit esse delectabile. **C**Deinde cum dicit.

**Q**ue dicta sunt facient si bene misceantur qd̃ consuetum r extraneum: r ritibus: r persuasibilitas ex decenti.

**A**ssignat quẽdã: que respiciunt vtrũqz. s. delectationem: r decentiã dicens: tunc sicut in locutione: que dicta sunt. i. tunc erunt in ea delectatio: r decentia: si bene misceantur extraneũ r consuetũ. Nã cũ homo bene miscet dictiones extraneas cũ dictionibus cõsuetis: reddit locutionẽ decẽtẽ r delectabilem. Sic etiã si mō decenti in locutione sit ritibus. s. ornatus: r persuasibilitas: erit etiã locutio decens: r delectabilis. **C**Deinde cum dicit.

**D**e locutione quidez igitur dictũ est: r cõter de oibus: r sigillatim circa vnũ quodqz gen⁹.

**E**pilogat qd̃ dictũ est de locutione. Et qz dictum est de oĩ locutione tã de scripta q̃ de nõ scripta: r dictũ est sigillatiz de locutione: put̃ p̃pat ad vnũ quodqz negociorũ politicoz

**E**liquũ at̃ de ordinatione dicere.

**P**ostqz p̃hs docuit sumere p̃suasibilia circa vnũ quodqz genus negociorũ politicoz: r docuit de talib⁹ p̃suasionib⁹ orones formare. In p̃te ista docet orones formatas ordinare. Hęc. n. tria p̃plet negociũ rhetoricũ: r qz p̃mo duo sũt expedita: qz oñsum est

q̃r sumẽde sũt p̃suasibiles: r oñsum est q̃les de eis sũt orones formade. Restat g̃ p̃sequi tertius. ṽz. scire ordinare p̃tes oronis formade. Duo ergo facit: qz p̃mo cõtinuat se ad dicẽda. Scõbo exequit̃ de intẽto. ibi. (Sũt at̃ oronia.) Dicit ergo: qz expedito qualr sit dicẽda p̃suasio: r qualiter de eo est ratio formada. reliquũ est dicere de ipsa ordinatione orationum. **C**Deinde cum dicit.

**S**ũt aut̃ oronis due partes. Necessariũ enĩ negociũ dicere: de quo r hoc demonstrare.

**E**xequit̃ de intẽto: r quia non possumus scire ordinare aliq̃ totuz: nisi cognoscamus partes eius. ideo duo facit: quia primo ostẽdit quot sunt partes orationis rhetoricẽ: r sũnt ordinẽ earũ adinuices. Scõbo determinat specialit̃er de vnaquaqz earũ partiũ. ibi. (Prognũ quidez.) Ad euidẽtiam autem dicendorũ notandũ: qz oratio nõ h̃c sumit̃ s̃m qz dicit clausulã vnã vel cõstructionẽ vnã put̃ videtur grãmaticus de oratione loqui: sed quia rhetoris est orare: siue perorare: ofo apud rhetoricũ sumit̃ q̃ bimo: logiã nominis ab orando. i. a perorando. Totus quoqz ille sermo: r totum illud eloquium: per quod rhetor suam perorationẽ



perorationem complet. vna oratio dici potest: qz est vna peroratio. Huius autē perorationis: siue huius orationis: duo sunt genera partium: quia quedā faciūt ad esse: qdaz ad bene esse: siue quedā sunt de necessitate orōnis rhetorice: quedā autē non sunt oīno de necessitate rhetorice: s; magis de pgruitate. Nec debemus eis vri in oibus orationibus rhetoricis: sed in aliquibus partibus. Partes autē essentielles: que sunt de necessitate cuiuslibet oratiōis rhetorice sunt due: narratio: et p̄suasio. Dem. n. oratē o; nar rare suū p̄positū: et p̄suadere: vt possit assignare fidē in auditoze: vt assentiat dī: q̄ p̄posuit. Partes autē q̄ nō sunt de necessitate oīum orōnū rhetorice: sed sunt de congruitate aliquaz sunt et due: p̄mīum: et epillogus: p̄pter quod oratio rhetorica ad minus bz h̄re duas pres: v; narratio nē et p̄suasionez. Ad plus autē pōt h̄re quatuor: v; p̄dictas duas: et p̄mīum: et epillogum. Pōt ḡ pars prima diuidi in pres duas: qz p̄mo determinat de p̄tibus essentialib; orōnis. Secūdo p̄dictis p̄tibus essentialibus: et q̄ sunt de necessitate cuiuslibet orōnis. addit pres alias: q̄ sunt magis de congruitate q̄ de necessitate. Sc̄da ibi. (Proemius). Circa p̄mū duo facit: qz p̄mo facit qd̄ dictū est. Secundo ex hoc derisoriam dicit esse opinionē quorūdā ibi. (Nūc autem diuidunt.) Circa p̄mū tria facit: qz p̄mo dicit bz partes orōnis esse necessarias et essentielles. Secundo dicit eas esse cōnexas. Tertio qz rhetorica est assecutiua dyalectice: reducit hunc modū rhetoricum in modum dyalectici. Sc̄da ibi. (Propter qd̄ eū.) Tertia ibi. (Nō rū aut.) Dicit ḡ qz partes orationis sunt due: narratio: et p̄suasio. et bz partes sunt essentielles et necessarie: qz volēte porare necessariū est dicere: de quo est negociū q̄tū ad narrationē: et demonstrare q̄tū ad p̄suasione. Deinde.

Propter quod eum qui dicit non demonstrare aut demonstrare eum: qui dixit: impossibile. Etenim qui demonstrat aliquid demonstrat: et p̄dicens gr̄a demonstrationis p̄dicat.

Ostendit huiusmodi partes non solum esse necessarias: sed etiam esse connexas: qz eum qui dixit non demonstrare: aut demonstrare eum: qui non dixit: non est possibile. ergo qui dicit: vel qui narrat: vel non perorat: vel opz eum persuadere: et demonstrare: que dixit. Narrationi ergo annexa est p̄suasio: si etiaz p̄suasōi annexa est narratio: qz nullus demonstrat: nec persuadet: nisi prius p̄posuit et narrauit: que demonstrare oportet. Ideo subdit: qz qui demonstrat: non persuadet: nisi prius proposuerit: et narrauit qd̄ demonstrare o; . Itē subdit: qz demonstrat aliquid demonstrat: qz demonstrat: quod prius narrauit: sic et p̄dicens. i. p̄narrans gratia demonstrationis p̄dixit. P̄dicere ergo due partes. s. dicitio: et demonstratio: suppositus: et p̄suasio sunt necessarie orationi: et non sunt abinuicem separandę. Deinde cum dicit.

Boz aut hoc qd̄ p̄positū ē. becaut p̄suasio. Quemadmodū vtiq; si quis diuidat in dyalecticiis. Qz hoc qd̄ ē p̄blema. becaut dem̄ratio.

Reducit hunc modum rhetoricum in modum dyalectici. Nam harum partium rhetoricarum: quarum vna vocatur p̄positum: siue narratio. et alia p̄suasio ē similibus diuisio: sicut si aliqua diuideret in dyalecticiis: qz bz qd̄ est problema. becaut dem̄ratio. Deinde cum dicit.

Hic aut qdā diuidunt risibiliter. Narratio enim iudicialis orationis solius est. Exclamatiue autem: et concionalis quomodo contingit esse qualem dicunt.

Ostendit opinionem quorundam derisoriam esse. Dicebant enim quidam: qz narratio solum pertinebat ad orationem iudicalem: quod dupliciter intelligi potest. P̄mo qz ly solum excludit alia negocia politica: vt sit sensus: qz exclamatiua et iudicialis non vtitur narratione. Secundo qz ly solum potest excludere alias partes orationis rhetorice: vt sit sensus. Narratio solū p̄tinet ad iudiciale. i. alię pres: vt epillogus: et dem̄ratio: et bz nō p̄tinent ad iudiciale. Ideo duo facit: qz p̄mo excludit p̄mū modū. Secundo secundū. Sc̄da ibi. (Aut que aduersario.) Dicit ergo: qz quidam derisorie diuidunt dicentes: qz narratio est solius orationis iudicialis et exclamatiue: quod falsum est: qz cum narratio sit essentialis pars orationis rhetorice: opz tam concionatozem q̄ exclamatozem vri nar rande: cū de talibus se intromittit rhetor. Deinde. c. d.

Aut que ad aduersarium: aut epillogum de monstrarium. Ostendit narrationē non esse solum iudicialis: ita qz ly soluz excludat alias partes orōnis rhetorice: qz tūc ad aduersarium non diceremus epillogum: aut demonstratiuū quod falsum est: qz tam epillogus q̄ dem̄ratio ad aduersarium p̄tinent. Sic dem̄ratio: siue p̄suasio p̄tinet ad eum de necessitate: epillogus vero magis ex pgruitate. Deinde cum dicit.

Proemium autem: et e contra cōparatio: et replicatio in concionibus tunc fiunt: quando p̄dicitio fuerit. Et. n. accusatio et d̄fensio sepe.

Determinat de partibus orōnis: que faciunt ad bñ esse: siue que sunt de congruitate orōnis rhetorice: non omnibus sed aliquoz. Et tria facit: qz p̄mo enumerat partes illas. Secūdo ostendit nō omnes partes esse necessarias. Tertio cōcludit numerum partium orationis rhetorice. Sc̄da ibi. (Sed non.) Tertia ibi. (Necessarie igitur.) Dicit ergo: qz p̄mīū et cōparatio: et replicatio nō sunt necessarie partes orōnis rhetorice: qz in p̄tibus: et in alijs negocijs rhetorice nō semp fiunt: sed tūc fiunt q̄ dicitio fuerit. Nō ḡ sunt pres essentielles et necessarie: sic et i negotio iudiciali sepe et semp bz ibi fieri accusatio et d̄fensio: sed non de liberatio: siue p̄sultatio: vt bz alia s̄ra. Appellat autē illd̄ cōsultatio ipsa cōparatio. Quid autē sit cōparatio itati patebit. Nō ḡ cōparatio ē eēntialis ps. Deinde cum dicit.

Sed non iudicialis omnibus: vt puta: si parua oratio: aut negociū facile memorabile. accidit enim a longitudine a memoria auferri.

Probat p̄dictas pres nō eē eēntiales negotio rhetorico. Et itē dicit talē rōnē. Inter cetera negocia: de qbus intēdit rhetor. iudiciale magis vri p̄dictis p̄tib;: s; nō oīs orō iudicialis vri semp oib; p̄dictis p̄tib;. ḡ nō oēs p̄dicere pres sunt necēe orōni rhetorice. Hoc ē ḡ qd̄ ait: qz neq; iudicialis vri oib; p̄tib; p̄dictis: vt puta: si talis orō sit parua: aut si negociū facile ē memorabile. tūc nō ē vtēdū epillogo. nā epillogus iō fit: vt reducant ad memoriā: q̄ dca sunt. Et qz accidit a longitudine. i. p̄p̄ longitudinez auferri a memoria: qz lōga nō bñ memoramur: iō q̄z orō nō idiget epillogo qz lōga solū: sic et p̄mīo nō indiget q̄z orō: qz si facile comprehēdi p̄t p̄ponēdo nō egeamus p̄mīo: cuz quo habeat p̄cognitio de dicendis. Deinde cum dicit.

Necessarie igitur partes p̄positum et p̄suasio: proprie. n. hoc. Que aut plurime p̄mīum: p̄positū: p̄suasio: et epillogus.

Assignat numerum partium rhetorice: qz maior numerus partium p̄dictaz est quaternarius: et minor est binari.

Duo igitur facit: primo facit quod dicitur est. Secundo remouet quod dicitur cauillationem seu ridet cuidam tacite quod non ibi. (Quae enim aduersarium.) Dicit igitur partes necessarias orationis rhetorice proprie sunt duae, propositus: et persuasio, propter quod oratio rhetorica ad minus habet duas partes, ad plus autem habet quatuor, permissum, propositum, persuasionem, et epillogum. Aduertendum autem: quod in numerando has partes innuit eorum ordinem, quod cum oratio constat ex duabus partibus: solum prima pars orationis est propositum, et secunda persuasio. Tunc autem constat ex quatuor: tunc etiam habent ordinem: ut describitur in textu. Deinde cum dicit.

Quae enim ad aduersarium de persuasionibus sunt: et contra comparati argumentationum suorum. Quare pars quedam persuasionum. Enumerat, n. aliquid: qui facit hoc, sed non permissum: neque epillogus: sed recordatur.

Respondet cuidam tacite questionem. Dixerat, n. partes orationis esse permissum contra comparationem: et replicationem: propositum: persuasionem: et epillogum, propterea videtur esse orationis rhetorice sex partes non quatuor. Tria ergo facit: quod primo reducit contra comparationem et replicationem ad persuasionem: ostendens ea non proprie ponere in numerum cum persuasionem, propter quod non sunt sex partes orationis rhetorice: sed quatuor. Secundo ostendit quod sit persuasio: quae est una essentialis pars orationis rhetorice: quae habet plures partes: plura conexa. Sic et narratio: quae est alia pars essentialis: plures partes: et plura nexa habere potest. Tertio ostendit: quod talibus differentibus: et talibus distinctionibus: si non habent propria nomina: sunt eis nomina imponenda. Secunda ibi. (Erit igitur.) Tertia ibi. (Quae autem species.) Dicit igitur: quod ipsa replicatio: quae est ad aduersarium: i. circa aduersarium: et contra comparatio sunt de persuasionibus: i. pertinent ad persuasiones. Est, n. ratio comparatio quae replicatio: quaedam replicatio suorum argumentorum: sive suorum persuasionum: quare talia sunt quaedam pars persuasionum. Nam qui facit hoc: i. qui contra comparat: vel replicat, aliquid demonstrat: vel persuadet. Ille, n. qui replicat dicta: vel comparat sua dicta dictis eius: hoc ideo facit: ut magis persuadeat: propter quod contra comparatio et replicatio non ponunt in numerum cum persuasionem: sed non est sic de permissum et epillogo. Nam et si aliqua huic persuasioni deseruiant: principaliter tamen haec sunt propter recordationem: non propter persuasionem. Deinde cum dicit.

Erit igitur si quis diuidat talia: quod quidem faciebat: qui circa Theodorum narratio: et altera insuper narratio: et prenarratio: et elencus: et post elencus.

Declarat quod sicut persuasio habet quaedam annexa: sic narratio annexa habere potest. Ideo ait, quod si quis talia diuidat: ita continget de eo: sicut contingebat de illo poeta: qui circa Theodorum, i. contra illum: videlicet faciebat suam poesim. Dicebat, n. ille poeta in narratione quaedam annexa. Distinguebat, n. propositum in tres partes, sive in narrationem: post narrationem: et per narrationem: sic et persuasio potest distingui in suas partes: in elencum: post elencum: et supra elencum. Ipsa, n. persuasio potest appellari elencus, i. per batio. Replicatio autem potest appellari pelencus, et contra comparatio post elencum: ita quod pelencus: et post elencum sunt annexa persuasioni: sicut etiam supernarratio: et per narratio sunt annexa narrationi. Deinde cum dicit.

Oporet autem speciale aliquod dicentem differenciam: et nomen aliquod ponere. Si autem non: sit inane et delirium: velut Licimus facit in arte: ypochochism: id est postcaudationem

noians: et apoplanesium. i. seductiones et ramos. Dicit quod quod diuidimus aliquid per suas orationes: orationes eis imponere nomina: sicut annexis narrationi et persuasioni nomina imponimus. Hoc est ergo quod ait quod dicentem aliquod orationem speciale operis aliquod nomen imponere illi orationem: quod si hoc non fiat: totum erit inane et delirium. Sicut, n. faciebat Licimus in arte sua: quod omnibus adaptabat propria nomina. Nam postcaudationem noiebat ypochochism: i. seductionem et ramos. nam id vnde causabat seductio: et ramus, i. videlicet ille: per quas seductio fiebat. hoc totum appellabat yno nomine. vocabat enim ipsum apoplanesium.



Roemium quidem igitur est principium orationis: sicut in poesi prologus: et in fistulatione prelium. Omnia enim haec principia sunt: et velut praeparatio ad sequens.

Postquam per haec ostendit quod sunt esse partes orationis: et innuit quem ordinem habent ille partes adiuuantes. Dic in parte ista determinat de vnaquaque illarum partium proordinem. Et quod haec partes sunt quatuor: quod quatuor facit: quod primo determinat de permissum. Secundo de narratione. Tertio de persuasionem. Quarto de epillogo. Secunda pars ibi. (Narratio autem in exclamatiuis.) Tertia ibi. (Persuasiones autem.) Circa primum duo facit: quod primo distinguit quid est permissum. Secundo ostendit quomodo est vtendum ad quodlibet negocium politicum. Secunda ibi. (Quod quidem igitur.) Dicit ergo: quod permissum est orationis principium: quod exponit permissum: quod ita se habet permissum in oratione rhetorica: sicut se habet prologus in poesi: et prelium in fistulatione. Nam omnia haec sunt quaedam principia: et quaedam praeparatio respectu sequentium. Describentes, n. poemata permissum prologum: propter quod facilius credimus poematibus sequentibus. Sic et isti ludatores et fistulatores antequam suos ludos seriatim exerceant: permittunt quoddam prelium, quod est quaedam gustatio ludorum sequentium: sic permissum est quaedam praeparatio rhetorica ad ea: quae dicenda sunt in oratione rhetorica. Deinde, c. d.

Quod quidem igitur prelium est simile proemio exclamatiuorum. Etenim fistulatores quodcumque bene habent fistulare: hoc cum prelium fuerint prosequuntur seriose. Sin exclamatiuis orationibus oportet ita describere quodcumque voluerit: mox cum dixerit: postquam et contingere. Quod quidem omnes faciunt.

Ostendit quomodo vtendum est proemio in negociis politicis quod non possumus scire quomodo vtendum sit aliquo in aliquibus negociis: nisi sciuerimus illud esse adaptabile ad negocia illa. Ideo duo facit: quod primo ostendit proemium esse adaptabile ad quodlibet negotium politicum. Secundo declarat quomodo vtendum sit proemio in quolibet tali negotio. Secunda ibi. (Quae autem iudicialis.) Circa primum tria facit: sive quod triplex est negotium. Primo, n. docet proemium esse adaptabile ad negotium exclamatiuum. Secundo ad liberatiuum. Tertio ad iudiciale. Secunda ibi. (Et si a proemio.) Tertia ibi. (Adhuc autem ex iudicialibus.) Circa primum duo facit: quod primo ostendit proemium esse adaptabile negotio exclamatiui. et ait: quod si adaptare proemium tali negotio: orationem incipere a laude vel vituperio ibi. (Dicitur autem.) Nota autem quod exclamatores quod potissime assimilantur fistulatores: quod tales suas caritilas laudat: vel vituperium aliorum faciunt. Hoc videri dicamus: quod circa primum tria facit: quod primo ex prelium fistulationis docet adaptare proemium ad negotium exclamatiuum. Secundo adducit quoddam exemplum ad propositum. Tertio circa praeparata

pretacta assignat quoddam documētum. Scda ibi. (Exē plū illud.) Tertīa ibi. (Simul aut.) (Dicit ḡ primo: q̄ pludium in fistulatione est simile p̄mio exclamationū. Nā boni fistulatores quicquid bene volunt fistulare: hoc primo pludiant: et cum p̄cludauerūt illud: et fecerūt quēdam introitum ad ludum suum: postea ludos suos serio se p̄sequuntur. Sic et in orationibus exclamationis oportet ista describere: q̄ quicquid declamator laudare voluerit: opz sūmatim in p̄mio illud includere: ita q̄ p̄mium sit quēdam p̄uiatio ad sequentia: et aliquo modo virtualiter claudant ea: sic et p̄uiatio claudit ea: respectu quoꝝ est p̄uiatio. Et cum tale p̄m̄ium dixerit: opz p̄sequi et p̄iūgere: et seriatim describere laudes et vituperia dicēda: et hunc modū tenent omnes exclamationes. Omnes. n. volentes bene exclamare sic faciunt. (Deinde cum dicit.

**Exemplū illud Ipscricatis Helene p̄m̄iū.**  
Nihil. n. domesticū existit litigiosū et Heleni.

Adducit quoddam exemplum ad p̄positū: et huius exē plū est p̄m̄iū: q̄d Ipscricates fecit de Helene. Ipscricates volēs cōmēdare Helenē de benignitate p̄m̄iū hoc quasi pludū: q̄ nihil domesticum. i. nihil cōc existit litigiosū et Heleni. In hoc ḡ p̄mio plūbaē quicquid laudis p̄t dici de Helene q̄tū ad benignitatē. Nā recedere ab oppositū est quoddam p̄ncipiū accessus cuiuslibet ad p̄positum. ergo recedere a litigio ē quoddā p̄ncipiū: vt videtur de accessu ad benignitatem. (Deinde cum dicit.

**Simul autem si digredias congruit non totā orationem similis speciei esse.**

Dat quoddam documētum contra p̄tacta. Nam p̄m̄ium est quēdam digressio. omne. n. q̄d non est pars cēntialis sermonis quēdam digressio dici p̄t. Si aut digressio d̄ esse cōis et decens: in eo quodāmodo p̄tinetur tota oratio: in qua seriose tradit q̄d in p̄mio p̄cuiabat. Talis aut oratio non d̄ esse similis speciei: q̄ in modo loquēdi d̄ d̄ differre. p̄positum: et p̄mio: et dictionibus. q̄bus vsū sumus in p̄mio: non debemus vt in narratione. Vituperatur enim perorator: nisi vltra q̄ deceat: easdem dictiones repetit. (Deinde cum dicit.

**Sicuntur autem que exclamationum p̄omia ex laude: aut vituperio: velut Sogias q̄dem in oratione olympica a multis vult admirari. O viri Elienes: laudat: Ipscricates autem vituperat: q̄ corporum quidem virtutes donis honorauerunt. His autem qui bene sapiūt nullum p̄m̄ium fecerunt.**

Ostendit q̄ si p̄m̄ium adaptatur negocio exclamationis: d̄ incipere a laude: vel vituperio. Ideo ait: q̄ illa dicitur esse p̄m̄ia exclamationum: que sunt ex laude et vituperio: sicut Sogias. i. sicut ille poeta in oratione olympica. i. in oratione: quam fecit de ludo olympico volēs admirari a multis ait. O viri Elienes: supple: vituperabiles estis. Nam aliquis applaudens vobis laudat vestras introductas solemnitates: et cōmēdat vestros ludos. Ipscricates t̄i et homines sapientes eos vituperant: in olympio enim. i. in illo monte: vbi fiebant tales ludi: p̄miabant habentes bene dispositum corpus: q̄ tales obtinebant. Vituperandi ḡ erant Elienes: et vniuersaliter gentes ille: q̄ virtutes corporum donis honorificauerunt. His aut: qui bene sapiunt: nullum p̄m̄ium fecerunt. Solliciti enim erāt quomodo honorarentur b̄i ludentes. (Deinde cū dicit.

**Et si a consilio: puta: quia oportet bonos honorare. propter quod et ipse Aristides laudat**

tales: qui neq̄ complacent: neq̄ plani sunt: s̄ quicquid boni existētes immanifesti sunt: vt Alexander: qui Periam. iste enim consulit.

Ostendit quomodo p̄m̄ium est adaptabile negocio deliberatiuo. Nam tale negocium circa consilia consistit. ideo si a consilio incipit p̄m̄ium: p̄tinebit ad negociū deliberatiuum: vt puta: q̄ opz bonos consiliatores bono rare: et ostendit qui sunt boni consiliatores. Nā illi sunt boni: quos Aristides laudat. Dicebat. n. Aristides: q̄ consilia tores boni non debent placere: nec debent esse plani. si. n. consiliator non consulit vera: sed placētia: malus ē. Rursus si est planus. i. si est manifestus et p̄palat: et manifestat p̄siliū: et malus ē. Id subdit. q̄ illi b̄i p̄siliū q̄cūq̄ boni existēs immanifesti sunt. i. nō p̄palāt p̄silia: sicut Alexander q̄ laudabat p̄silia Periam. dicebat. n. de eo. Iste ē q̄ p̄silit. q̄. d. nullū p̄siliū est tātū p̄piciandū q̄ istius. Sigs. n. vel ter in aliquo p̄silio p̄cionari: bonū p̄m̄ium eēt: q̄ cōsiliator bonus nō d̄ esse placēs: neq̄ planus: s̄ d̄ esse verus et occultus: et sup̄ b̄ viterius suū fundaret p̄monē. (Deinde.

**Adhuc autem ex iudicialibus p̄m̄iis. Hoc autem ex his: que ad auditorem: si de inopinato fit sermo: aut d̄ difficili: aut de tumultuoso multū: vt veniam habeat: velut Chorillus.**

Ondit p̄m̄iū eē adaptabile iudicialibus. Et duo facit: q̄ primo facit q̄d dicit est. Scdo epillogat circa determinata. Scda ibi. (Nūc aut q̄ oia.) (Dicit ḡ: q̄ tūc est ex iudicialibus p̄m̄iis. i. tūc in oratione p̄mittit iudiciale p̄m̄iū: q̄n̄ est ex oibus: que sunt ad auditore: p̄m̄iū. n. q̄tūz p̄tinet ad iudiciale magis spectat ad defendentē q̄ ad accusantē. Iudiciū. n. vertit inter accusantē et defendentes. Accusans. n. d̄ vt i epillogo: et defendens d̄ vt i p̄mio. iō p̄m̄iū iudiciale d̄ eē ad auditore. i. apud iudicē: qui est eius auditor: q̄d tripl̄ p̄tingit. p̄mo si per oronē ostēdit id eē inopinatū: q̄ si ex inopinato: et p̄ter intentionē aliquis fore facit: vt excusandus. Scdo si ostēdit eē difficile: q̄ difficultia nō attingimus: ipsa ipotētia nos excusat. Tertio si ostēdit istud esse tumultuosum multis: q̄ sunt de eo diuerse opinionēs: iō est q̄dā lis: et q̄dā litigū iter multos: q̄ ali q̄ dicit: id eē bonū. aliq̄ vō malū. iō in talibus hō mereē veniam excusando se p̄ ignoratiā: q̄ nō credebatur illū eē malū. Sic. n. Typillus chorillus faciebat: q̄ voluit vt h̄ret veniam de cōmissis: vel excusaret se: q̄ p̄ter intentionē suaz sc̄m̄ erat vel p̄ ipotētiā: vel ignoratiā. (Deinde cū dicit.

**Nunc autem quādo oia donata sunt. P̄omia quidem igitur sunt exclamationum orationum ex his: ex laude et vituperio: ex adhortatione: ex reuocatiōe: ex his: que ad auditore: oportet autem extranea: aut domestica eē: que sunt introductoria orationum.**

Epillogat circa determinata dicens: q̄ oia sunt donata. i. oia p̄omia sunt diuisa: vt sonat alia l̄ra: vel sunt disticte attributa: q̄ p̄omia exclamationum oronū: sicut ex laude et vitupio. P̄omia ex adhortatione sunt ex reuocatiōe: siue ex repudiatione: vt sonat alia l̄ra: q̄ bonus p̄siliator d̄ repudiare: ne sit placens: vel planus. P̄omia vō q̄ sunt ad auditore q̄tū ad iudiciale d̄ eē aut extranea q̄tū ad inopinata: aut difficilia: aut domestica q̄tū ad ea d̄ q̄bus sunt opinionēs. Quicquid. n. se excusat: vel se excusat in fortunū: vt si fuit illud p̄ter inopinatū: et p̄ter intentionē: vel se excusat p̄ ipotētiā: si fuit difficile: vel se excusat p̄ ignorantiam: si sunt de eo diuerse opinionēs: et a multis creditur illud esse bonum. Subdit autem: q̄ talia sunt introductoria